

1389. ^{25. Apr.} in Octava Pentecostes D. mii

235.

70

Homagium Semon Linguenis Vladislav regi & Hed-
vigi Reginae regnoq; Poloniae prestitum

Nos Semon dux alias Linguenis significamus quibus expe-
dit universis presentium notitiam habituris, quod non compul-
si non coacti, sed ex certa scientia & ultronea voluntate sin-
ceritatis omnimoda gerentes affectum ad serenissimos prin-
cipes dnos Vladislavum regem & Hedvigim reginam ac coronam
regni Poloniae, ipsis & ipsorum liberis & posteris nec non
successoribus legitimis ac corona regni Poloniae memorati,
omagium & omagii fidelitatem prestitimus, ac tenore presen-
tium facimus & prestamus, promittentes & firmiter pollicen-
tes, eidem meram & puram fidelitatem atq; subiectionem cum
omnibus & singulis nris dominis, terris, castris, atq; gente
nobis subdita subiecta & in posterum subicienda sinceriter
firmiter & inviolabiliter observare, nec eosdem ^{principes} ~~predecessores~~
Regem & reginam, ipsorumq; liberos & coronam regni Polo-
niae unquam deserere volumus, aut alios dnos quoveve-
re exquisitis aliquibus coloribus vel pigmentis, sed ipsis & coro-
na regni Poloniae saepe dictis volumus temporibus perse-
tuis adherere, dolo & fraude, quibus libet procul motis,
auxiliis, consiliis, pramonitionibus, sive avocationibus op-
portunis, nec ipsis unquam, opibus ullis opponere nos volu-
mus, aut quomodolibet adversari, harum quibus sigillum
nrum appensum est, testimonio literarum. Datum Sandomi-
vie in octava resurrectionis Domini. Anno Domini
1389.

Ta kopia konfrontowana z Oryginałem Dnia 25 Junii 1782.
w Warszawie. Oryginał pergaminowy ztorony informo-
listu, Pierzej oderwana tyllko sznur zostad przeplatany
z jedwabiu puzowego i papuziego. Zamiadzam Adam Murawski
B. K. Pisan W. W. L. n. p.